



## **Polyanthea Sacra**

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

**Spanner, Andreas**

**Augustae Vindelicorum, 1702**

Titulus Ultimus. Zelus honoris divini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

TITULUS Ultimus.  
ZELUS HONORIS DIVINI.

**E**rat cor ejus pavens pro arca Dei. 1. Reg. 4. 13. Heli cœterâ malus, in hoc bonus: audiens arcam captam, cecidit. Non doluit, acceptam cladem, fugam militum, libertatem perditam, excidium principatus, liberorum mortem. *Erat enim &c.* O elogium! Hic est Spiritus Sacerdotii, nihil aliud, præter Sanctuarium, cogitare &c. Oliva t. 1. conc. 2.

*Quoniam irritaverunt te Domine.* Pf. 5. 11. Non curo, inquit, res meas; sed propter ea, quæ tua sunt, angor, & in animo crucior. S. Basilius hic! Est hoc Sanctorum, ut res quidem suas negligant; pro his verò, quæ Dei sunt, decerent. Pinna Eth. 116.

*Statuerunt dimicare, & confligere fortiter; ut virtus de negotiis judicaret.* Erat enim pro uxoribus, & filiis, itemque pro fratribus, & cognatis, minor sollicitudo; maximus verò, & primus, pro sanctitate, timor erat templi. 2. Machab. 15. 18.

*Ei cum secisset quasi flagellum &c.* Joan. 2. 15. Cur per seipsum eiecit vendentes? quia talis erectio pertinebat ad Dei cultum: quia quæ ad Dei honorem spectant, licet vilia appareant, ea obire nè vereamur. Sylveira hic q. 10.

Canes latrant pro dominis; & tu non vis latrare pro Christo? mori possum; tacere non possum. S. Hieron. l. 3.

O. A. M. D. G.



TEX-